

Quod servit mundo, serviat Christo, & sustinet.

1. Reg. 17 D. Basil. 56

timidi sunt, qui super se ferunt suum gladium habent, illum videlicet gladium, quo castissima Judith Holofernem interfecit. Arma, quae inserviunt mundo, inserviant Deo, & non minori efficacia; arma nostra sunt intellectus, voluntas, oculi, &c. Intellectus jam non intelligat mundum, sed Deum; voluntas solum Deum quaerat, & appetat; oculi jam mandum despectant, & pro Deo in lachrymas profundantur, & arma quae sunt mundi contra mundum pro Deo commutentur, mutato eorum usu. In Goliath ruam usus fuit David ipsius Goliathis gladio. 1. Reg. 17 n. 1. quod considerans D. Basil. Sel. orat. 25. Goliath, gladio, gladii Dominum dividit, armis in usu debitos vestis. Verte, verte arma tua in debitos usus o Christiane.

Apoc. 3. n. 20. Ecce ego sto ad ostium, & pulsor: si quis audierit vocem meam, & aperuerit mihi januam, intrabo ad illum, & coenabo cum eo, & ipse mecum.

VERSIONES.

Syrus. Ecce steti ad ostium, & pulsabo, si quis audit vocem, & aperiet portam. Arabicus. Coenabo cum eo, & ipse comedet mecum.

EXPOSITIO XV.

457. Episcopus, cum audisset a Domino, quia tepidus es, incipiam te vomere ex ore tuo; multo esset terrore concussus eum ad confidentiam allicit Dominus, suam misericordiam & pietatem erga eum declarans; dicens. Ecce, rem magnam & mirabilem denotat, & valde magnum, ac mirabile est, quod Dominus per se ipsum veniat, stet ad ostium, & pulset, & patienter expectet, ut sibi aperiat, & velit coenare cum servo parum digno; & tandem hoc ostendit suam eximiam sollicitudinem erga nostram salutem.

458. Sic ad ostium, scilicet cordis tui per torporem, vel alia peccata mihi conclusi, per ostium intelligit intellectum, & voluntatem; & sic, & pulso, per crebras illuminationes, inspirationes, ac excitationes internas, atque externas. Si quis hac methodo utitur tanquam si sit rarus & singularis Si quis; si tu nempe, vel alius quisque audierit vocem meam, mihi res rans cor suum, ut inspirationes meas libero suo arbitrio admittat. Introibo ad illum, per gratiam sanctificantem, tanquam ad gratissimum hospitem, ut ollum ad Zachaeum. Et coenabo cum illo, & ipse mecum. Haec phasis loquendi denotat miram, ac specialem familiaritatem, jucunditatem, ac oblectationem tum dei, tum hominis iustificati; Dei quia maxime delectatur, ac jucundatur in conversione hominis: tum etiam ipsius hominis sanctificati ex multa oblectatione consolatione, ac dulcedine spirituali, quam recipit in sua iudicatione, tanquam introductus in hac vita in

cellam vinariam ex usu Sacramentorum, ac Divinarum rerum contemplatione; in futura vero beatitudine ex torrente divinarum voluptatum provenientium a plena Dei fruitione aeterna.

QUESTIO LII.

Quare supremus Dominus dicitur stare ad ostium pulsans?

459. Non dicitur, quod Dominus sedeat ad ostium ac pertranseat per illud, sed quod stet pulsans, ut ita nobis fiat evidens Domini affectus, ac solertia de nostra salute, & in persona huius Episcopi hoc omnibus dicitur. Sic ad ostium & pulso, Deus neminem deserit, sed Deus ad ostium stat pulsans per suam gratiam excitantem, ac praevientem eum vocans, ac trahens ad viam salutis. Concil. Colonien. temp. 7. cap. 12. Nemo hic excusationem praerendat, quod non trahatur, cum Deus stet pulsans, ante ostium. Quod magis explicio.

Secundò, doctè Gillibertus serm. 43. in Cant. ad illa verba 5 n. 2. Vox dilecti mei pulsantis, aperit mihi ad quae hic alud. Christus; sic ait citatus Doct. r. Quid est bone Iesu, quod rogas aperiri; Tu ipse habes clavem David, aperis, & nemo claudit. Quis vidit unquam potentissimum Monarcham stare ad ostium subditi, & illud pulsare, ut ingredi valeat; In hoc elucet sublimitas, ac altitudo divinae vocationis, quae non est ad destructionem liberè arbitrii, nec cogit ut ex necessitate operetur homo, sed pfe relictus in manu consilii sui, liberè ac cum fructu meritii assentit, ac consentit cum antecedente Divini D. Ambr. auxilii efficacitate D. Ambr. serm. 12. in Psalm. 118. Qui enim venit ait, & januam pulsavit, ut semper intrare. Sed in nobis est, quod non semper ingrediamur, concluditur ergo & Christus, si in mentis tuae januam claudas, & si possit intrare, non vult tamen importunus intrare, non vult invidios cogere. Praeedit ergo nostram operationem pulsatio, seu excitatio divina, & tunc consequitur aperiio libera nostrae voluntatis, adjuncta quoque divinitus in ipso actu per gratiam adjuvantiem, ut desinit Concil. Trident. 6. cap. 5. & 6. ubi docet justificationis exordium in adultis a Dei per Christum Iesum praeviente gratia sumendum esse, disponique nos ad ipsam iustitiam, dum excitati divina gratia & adjut, fidem ex auditu concipientes liberè movemur ip. Deum, dum excitati divina gratia & adjut, fidem ex auditu concipientes liberè movemur ip. Deum, idem jam definitur Con. Arausie. secund m sub Leone I. Pontifice. Can. 3. de libero arbitrio. Idemque docent D. Aug. lib. gratia & libero arbitrio c. 17. & lib. de natura & gratia cap. 32. n. Bern. lib. de gratia & libero arbitrio. D. Ambr. d. Cyp. & omnes Patres communiter, quos late refert, & adducit Bellar. 12 de gratia, & libero arbitrio c. 1. & 2. hoc orat Ecclesia; Alliones nostras, quosumus Domine aspirando praevieni, & adjuvando prosequere.

Tertio, Joach. Abb. Quasi ait, ostium quoddam apposta est auribus nostris inter Deum, & nos, ut videatur non valere omnipotens ad coram nostra venire secundum illud, quod de eo in Evangelio scriptum est, non potuit ibi, id est in Nazareth, virtutes multas facere propter incredulitatem eorum. Nonne Dominus Iesus, cum ejus discipuli essent

459.

460. Gillibert. Cantic. 5.

A gratia praeviente liberè trahitur homo.

Trident.

Arausie.

D. August. 2. n. D. Ambr.

Bellar. Ecclesia.

461. Joachian.

essent congregati in una domo januis clausis, ingressus est ad eos, Joan. 20. num. 19. Cur ergo hic pulsans dicitur stare ad ostium? Quia eum cum detinere potest quominus ingrediamur; Duritia, ac obstinatio humani cordis in malo, sic illius ostium concludit, ut ad illud Deus non habeat aditum. Quae conventio Christi ad Belial, 2. Corinth. 6. num. 25. non enim in eadem sede possunt commorari Deus, & Satanas.

462. Quarto, haec verba. Ego sto ad ostium, & pulso, optime componunt, ac connectunt cum illis, Cantic. 5. num. 2. Aperi mihi soror mea. D. Ambrosius serm. 1. in Psalm. 118. D. Hieronymus Epistola 21. Qui venit, & januam pulsavit, inquit, vult semper intrare. Sed in nobis est, quod non semper ingrediamur, nec semper maneat: verum quoties a Deo inverecunde, & invidiose recedimus, & fugimus, tunc pulsant ad ostium cordis nostri, imo quarit, conculcatur, persequitur, ut comprehendat. Ferè similia habet Theodoretus dicens: Bonorum omnium tua inexplicabilis benignitas est concubatrix; non vultis fugientes prosequens; praeviens, & salutem impertiens in longitudine dierum, id est semper, & continue. Quod late profequitur, & explicat D. Dionysius Areopag. Epistola 8. quae est ad Demophylum, ubi ait tantam esse clementiam, & benignitatem Dei, ut non solum se quaerentes, sed etiam a se aversos, & resistentes, & praevariantes amator se sequatur, contendatque ac deprecetur, ne se deserant.

463. Quintò, D. Laurentius Justinian. lib. de perfect gradibus cap. 6. postquam hunc locum Apocalyp. adduxit, sic ad ostium & pulso: subdit, Vi inaccessibile tua dilectionis arcanum insinuare, quodidem per aspirantem gratiam, atque internam vocem quam nemo intelligit, nisi qui audit mentis, & secum inhabitare conatur, eum Propheta veraciter potest dicere; Audiam quid loquatur in me Dominus Deus, quoniam loquatur pacem in plebem suam, interiori hominis pulsant ad januam, non propter te, quia nullius eges sed pro ejus bono, quo sine te nihil potest boni, nec esse bonus. Valde mirum, ac mirabilia sunt, quae Deus pro hominum salute est operatus, carnem sumptis nostrae mortalitatis pertulit incommoda, sustinuit opprobria, ac contumelias; sputis & derisus est, flagellis caesus, spinis coronatus, cum sceleratis reputatus est, & tandem in Crucis patibulo morte turpissima damnatus; & post haec adhuc stat ad ostium humani cordis pulsans non bis vel semel sed semper ac omnibus momentis & minutis non propter se, sed propter bonum nostrum O Domine non propter te, qui nullius eges, sed pro ejus bono. Tam vehementer appetit salutem nostram, quod nostrum bonum suum reputat.

464. Sextò Rupert. Istud, quod haecenas corripens te, dixi, simile est stanti ad ostium cuiusdam divitibus, & pulsantis, quatenus admissus hospitio coenat cum illo. Ipse Dominus, qui tam dure, ac asperè hunc Episcopum reprehenderat, quia nec calidus nec frigidus es, incipiam te vomere ex ore tuo. Deinde miser, miserabilis, pauper, & coecus es: ut inde fiat manifestum reprehensionem, non ab inimico, sed ab amico ac amante fuisse, & a desiderio volentis intrare cor nostrum, ad coque nobiscum habitare.

465. Septimò, D. Anton. Ulyssipponensis in fragmentis in Apoca yp Hunc, scilicet cet, Dominum inum, ait, vides continuo ex a portam stat, & pulsas ad ostium, cupis sanari, & rescindi micis, id est saltem de parvis operibus sibi dari. Stat Dominus tanquam pauper mendiculus ad ostium pulsans, & tanquam postulans nostra parva opera, ut ad cor hominis ingrediat, & ei communicet suam largissimam coenam, & coenabo cum illo. Et tamen homo renuit eum recipere, & aliquid de parvis suis operibus ei dare, cum tamen Dominus disponat ad eum intrare & ingentem affluentiam bonorum.

466. Octavò, Cardinalis Vitalis in speculo moralis scripturae, Tit. Confessio Vult Christus expellere, ait, diabolum de hospitio, quod ipse sibi edificavit per creationem: quod re edificavit, ne corrumpat, per suam passionem: & pulsas tunc praedicatione, nunc infirmitate, nunc inspiratione, ut aperiamus ostium oris ad confessionem; & tunc ipse intrat ad hospitium cordis per gratiam restituionem. Perpetuo, & incessanter stat Christus ad ostium cordis nostri pulsans, & eum pulsantem sentimus & experimur, tunc interna illuminatione, ac inspiratione, immittendo sui amorem, desiderium, ac spem caelestium gaudiorum terroremque iudicii ac gehennae: tunc etiam, praedicatione ac consilio bonorum lectione Sacrae Scripturae, ac aliorum librorum, exemploque etiam sanctorum; tum etiam infirmitate, ac labore, ac voce pauperis clamantis.

467. Quod eleganter dicit Rupertus in praesenti lib. 2. in Apocalyp. Istud, quod haecenas corripens te dixi, simile est stanti ad ostium cuiusdam divitibus, & pulsantis; quatenus admissus hospitio coenat cum illo. Cur Dominus, sic accessibilem, ac propinquum se praebet homini, qui miser, miserabilis, ac pauper, & coecus erat: cur pro foribus stat, & non ingreditur? Sunt ad ostium divitum pauperes, quibus se Dominus assimilat quorumque personam gerit, ut ita ostendat se esse simul cum paupere, & quod simul cum paupere pulsant ad ostium ac proinde, quantum distat, vel approximat pauper, sic distat, vel approximat Christus, & dum recipitur pauper, recipitur & Christus ut eum eo valeat homo accumbere, & cum eo coenare.

468. In ipso felicissimo Resurrectionis die duo Discipuli ibant in Castellum Emaus, quibus Dominus in peregrini specie eis apparuit, oculi autem eorum tenebantur, ne eum agnoscerent, eisque Dominus ait, O stulti, & tardi corde ad credendum in omnibus, quae locuti sunt Prophetae: Tunc incipientes ad Moysen eis aperuit Scripturas, quomodo oportuit Christum pati, & ita intrare in gloriam suam, & cum pervenissent ad Castellum, eum ad hospitium invitavit, & morantem compellunt intrare, mensam apponunt, & peregrino afferunt panem; Quid tunc? Ait S. Lucas 24. num. 30. Factum est autem, dum recumberet, cum eis, accepit panem & benedixit, ac frangit, ac porrigebat illis, & aperti sunt oculi eorum, & cognoverunt eum. Valde mirum, dum in via cum Domino conversantur, dum ex ejus ore divina verba excipiunt, adhuc caeci, & stulti; ac verò dum peregrinus trahitur

469. Oslavò, Card nalis Vitalis in speculo moralis scripturae, Tit. Confessio Vult Christus expellere, ait, diabolum de hospitio, quod ipse sibi edificavit per creationem: quod re edificavit, ne corrumpat, per suam passionem: & pulsas tunc praedicatione, nunc infirmitate, nunc inspiratione, ut aperiamus ostium oris ad confessionem; & tunc ipse intrat ad hospitium cordis per gratiam restituionem. Perpetuo, & incessanter stat Christus ad ostium cordis nostri pulsans, & eum pulsantem sentimus & experimur, tunc interna illuminatione, ac inspiratione, immittendo sui amorem, desiderium, ac spem caelestium gaudiorum terroremque iudicii ac gehennae: tunc etiam, praedicatione ac consilio bonorum lectione Sacrae Scripturae, ac aliorum librorum, exemploque etiam sanctorum; tum etiam infirmitate, ac labore, ac voce pauperis clamantis.

467. Quod eleganter dicit Rupertus in praesenti lib. 2. in Apocalyp. Istud, quod haecenas corripens te dixi, simile est stanti ad ostium cuiusdam divitibus, & pulsantis; quatenus admissus hospitio coenat cum illo. Cur Dominus, sic accessibilem, ac propinquum se praebet homini, qui miser, miserabilis, ac pauper, & coecus erat: cur pro foribus stat, & non ingreditur? Sunt ad ostium divitum pauperes, quibus se Dominus assimilat quorumque personam gerit, ut ita ostendat se esse simul cum paupere, & quod simul cum paupere pulsant ad ostium ac proinde, quantum distat, vel approximat pauper, sic distat, vel approximat Christus, & dum recipitur pauper, recipitur & Christus ut eum eo valeat homo accumbere, & cum eo coenare.

468. In ipso felicissimo Resurrectionis die duo Discipuli ibant in Castellum Emaus, quibus Dominus in peregrini specie eis apparuit, oculi autem eorum tenebantur, ne eum agnoscerent, eisque Dominus ait, O stulti, & tardi corde ad credendum in omnibus, quae locuti sunt Prophetae: Tunc incipientes ad Moysen eis aperuit Scripturas, quomodo oportuit Christum pati, & ita intrare in gloriam suam, & cum pervenissent ad Castellum, eum ad hospitium invitavit, & morantem compellunt intrare, mensam apponunt, & peregrino afferunt panem; Quid tunc? Ait S. Lucas 24. num. 30. Factum est autem, dum recumberet, cum eis, accepit panem & benedixit, ac frangit, ac porrigebat illis, & aperti sunt oculi eorum, & cognoverunt eum. Valde mirum, dum in via cum Domino conversantur, dum ex ejus ore divina verba excipiunt, adhuc caeci, & stulti; ac verò dum peregrinus trahitur

469. Oslavò, Card nalis Vitalis in speculo moralis scripturae, Tit. Confessio Vult Christus expellere, ait, diabolum de hospitio, quod ipse sibi edificavit per creationem: quod re edificavit, ne corrumpat, per suam passionem: & pulsas tunc praedicatione, nunc infirmitate, nunc inspiratione, ut aperiamus ostium oris ad confessionem; & tunc ipse intrat ad hospitium cordis per gratiam restituionem. Perpetuo, & incessanter stat Christus ad ostium cordis nostri pulsans, & eum pulsantem sentimus & experimur, tunc interna illuminatione, ac inspiratione, immittendo sui amorem, desiderium, ac spem caelestium gaudiorum terroremque iudicii ac gehennae: tunc etiam, praedicatione ac consilio bonorum lectione Sacrae Scripturae, ac aliorum librorum, exemploque etiam sanctorum; tum etiam infirmitate, ac labore, ac voce pauperis clamantis.

465.

Homo miser erga Deum, & Deus liberalis ad hominem.

469.

Deus variis modis nos vocat.

467.

Christus per sonam pauperis gerit.

468.

Luc. 24. Pauperes & Christus; quantum pauperes distant a te, tantum Christus cum eis junctus.



ad hospitium dumque panis in manu peregrini frangitur, jam non amplius caeci, nec stulti, ac tardo corde, sed statim ab eorum mente caecitas, ac tarditas depellitur. Nam etsi divinum Verbum e uctatum ab ore divino multam vim habeat ut claritatem ac lucem infundat, maxime tamen pietas in pauperem tum in hospicio parand, tum in pane frangendo mentem illuminat, & ad supernaturalia visum acuit: & quantum distavit erogatio panis, tantum distavit Dei cognitio salutaris, & illa apposita in peregrinum, hac etiam secuta est in largitorem. D. Laurent. Julin. de triumphali Christi agone cap. 25. In panis fractioe ait, potius quam in predicatione agnoscere meruerunt, quatenus sicut agni miseris sum, ita misericordiam reperirent.

469. Prov. 31. De muliere forti decantatur Proverb. 31. n. 20. juxta Septuaginta apud Compluten. & Regiam Editionem: Manus suas aperuit pauperi, & fructus extendit inopi. Nec existimes hic eundem esse pauperem, & inopem: superflua enim videretur talis repetitio, sed alius est pauper, cui extendit manus suas, & alius est inops, nempe Christus cui fructum extendit, ut sic fiat manifestum, quod dum ad manus invenitur pauper, invenitur & Christus; pauper, cui liberalem misericordiam exhibeas; Christus qui offert debitum fructum ac meritum ut pro elemosina pauperi data ob sui amorem, multum tibi prebeat, & rependat; eademque manus extensione invenies Christum; & pauperem, & non plus distat Christus a te. quam pauper, sed simul habentur, pau er ad opus peratis, Christus ut fructum recipiat, ut largissime tibi persolvat. D. August. Manus pauperis, ait, fructus inopi est, quidam pauper manus tuas querit, & quidam inops fructum tuum querit; qui non vult a te nisi quod necessarii sua presit, pauper est, manus tuas querens. Est autem alius inops scilicet Christus, qui non querit datum, sed requirit fructum.

470. Ephel. 5. D. Pauli Ait Paulus ad Ephelios. 5. n. 14. Surge, qui dormis, & illuminabit te Christus. Quae verba explicans D. Paulus in Epistol. 12 pro illuminabit, legit ipse, attinges Christum. Et sic loquitur Sanctus Pater: Discute carnalis inertia somnum a mortuis curis, hoc est a conversione carnali eriges mentem, & attinges Christum operando praeceptis eius, videbis eum in omni egego, & attinges in omni paupere. Christus ac ubi ipse attingitur in omni nempe egego, ac paupere quando mens est illum nata, ut impleat divina praecepta. & pauperi subvenit, tum in ipso egego videt Christum ac eum attingit. Videbis eum in omni egego, & attinges in omni paupere.

471. Sant. 5. Pulsat Dominus ad ostium cordis nostri; & unde agnoscendum est, quod ipse dominus est, qui pulsat, dormiebat sponsa, Ego dormio, dicebat ipsa; & subdit Vox dilectissimi pulsantis; aperi mihi soror mea, amica mea, columba mea, immaculata mea. Vide quot blan-

dimenti voces ahibet, cum pulsat ad ostium, nonne sufficiebat dicere, soror mea, seu consanguinea mea. ad quid tot multiplicat nomina, ut e o. i. i. i. cordis nostri aperiamus, ac ei introitum de mus? Ad questionem; Dormiebat sponsa: quomodo lenem vocem sui sponsi audit, & agnoscat.

472. Gilibert. Respondet Gilibertus Abbas ad c. tara Cant. verba Vox dilectissimi pulsantis, ait, & mihi vox nota est, & ac mihi gratias, ad hanc expergefacta sum statim cum in onit in amibus meis, exultavi pro gaudio multo. Voces obstrere solent, sed non sicut vox dilecti, magna prudentia sponsa. Dormiebat sponsa, & sponsus stabat leniter pulsans ad ostium, & quamvis alii multum pe streperet, tamen lenis pulsus dilecti agnoscebat: ab sponsa, & unde fit, quod lenis pulsus agnoscebat inter tot strepitus? Sponsa erat, quae agnoscebat ex interno gaudio, jubilo, ac consola ione, & magna sane prudentia ut leni pulsu inter magnos aliorum strepitus vocem Dei agnosceret & distinguere valeas.

473. Et nota, quod dum sponsus pulsat ad ostium sponsa hanc rationem subdit, quia caput meum plenum est oleo, & cunctis mei guttis notissimi. Solum guttulas rotis dicit, ut ibi ostium aperiat: cur solas parvas guttas commemoras? Abundantius loquitur Regius Vates. Psalm. 35. Palm. 35. num. 9. Torrente voluptatis tua potabis eos. Hic torrens, illic gutta parva assignatur: cur ergo qui torrentes habet, solum guttulam porrigit? Torrentes su in patria erunt, in hoc vero saculo gutta tantum communicabitur, quia Sanctus, etsi magna dentur in hac vita, tamen per respectum ad illa, quae in Caelo reservantur, parva mica videntur. D. Gregorius Nyssen homil. 11. Si autem, ait, respectetur veritas, sicut gutta rotis, plane gutta est, quae de caelestibus sauro ad nos venit, nos in Caelo potabimur torrente voluptatis.

474. Cum Moyses a colloquio Domini veniret, Cumque descenderet de monte Sinai, tenebat duas tabulas testimonii, & ignorabat quod cornuta esset facies sua ex consorcio sermonis Dei. Exod. 34. num. 29. Fulgentes rad i gloriosam reddebant Moysis faciem descendens a monte. At Apostoli gloriam Jesu videntes in Thabor, ceciderunt in faciem suam, Matth. 17. n. 6. & nihil gloriae habuerunt in facie. Cur Moyses de Sinai refert gloriam in vultu & Apostoli de Thabor, nihil gloriae pra se ferunt? Gloria Moysi erat gloria legis, ac temporalis, & ut pusilla, ac parva ab uno homine circumferri valet in vultu, Jesus autem in Thabor representabat aeternae beatitudinis gloriam, quae tam magna & ampla est, ut a tribus Apostolis ad breve tempus sustineri non valeat, & ideo tanquam oneri succumbentes in faciem cadunt. D. Remigius ad 2. Cor. cap. 3. ait: Gloria Evangelii, quae datur ministrantibus, & observantibus ejus, major est gloria legis, quae splenduit in facie Moysi, quia fuit temporalis, & quocumque ferri potuit, & videri ab illis. Ista autem aeterna erit; nec potuit ferri ab Apostolis, quando a Domino offensa est in monte, qua statim lapsi sunt in terram velut mortui, pra magnitudine ipsius gloriae.

QUESTIO LIII.

Unde vox Domini pulsantis ad ostium agnoscenda est?

471. Pulsat Dominus ad ostium cordis nostri; & unde agnoscendum est, quod ipse dominus est, qui pulsat, dormiebat sponsa, Ego dormio, dicebat ipsa; & subdit Vox dilectissimi pulsantis; aperi mihi soror mea, amica mea, columba mea, immaculata mea. Vide quot blan-

QUESTIO LIV.

Quare aperiens ostium ad Christi pulsationem promittit Dominus sui introitum, d. pluri simulatae cena?

475. Ait Dominus: Si quis aperuerit mihi, introitum ad illum. Anima aperiens cor suum Deo cum Regio Vate, Audiam quid loquatur in me Dominus Deus. Psalm. 84. num. 9. ingreditur Christus ad illam per veram gratiam sanctificantem, ac justificantem, qua quilibet mutatus in novum hominem, qui secundum Deum creatus est in sanctitate, ac veritate valeat dicere cum Paulo Rom. 5. n. 5. Quia charitas Dei diffusa est in cordibus nostris per Spiritum sanctum, qui datus est nobis.

476. Explicanda sunt subsequencia verba. Cenabo cum illo, & ipse mecum. Cornelius ait, quod hic denotatur illi familiaris ero, hospes, & amicus, familiariter cum illo agam amice, & jucundum le uti h. s. p. s. cum conviva, & conviva cum hospite, hoc a em illi suavitatem & jucunditatem communicando. Rupertus, Cenabo tecum, hoc est delectabor bonis conscientiae tuae: de quo infra Alcazar, cenabo cum illo, de Sacra Eucharistia accipit, quod licet optimè inserviat ad sensum moralem, non est tamen ad literam.

477. Genuine, ut existimo cum Christus ait: Cenabo cum illo, & ipse mecum, loquitur quasi duplici sensu, quo significat duas cenas simultaneas, nostram scilicet, & suam simul, quia dum illi cenam damus, & cenam ipse dat nobis. Cum ergo ait cenabo cum eo, denotatur cena, quam homo dat Deo, quia dum ei aperimus per conversionem januam, & per ejus ingressum cum gratia sanctificante justificamur, non vult nos esse otiosos sed ut per ipsam gratiam bene operemur actibus meritis fidei, spei, charitatis & penitentiae cum fervore meditationis, ac contemplationis, cum indefesso studio, ac zelo salutis animarum; & tales virtutum actus eliciti in Dei obsequio secundum voluntatem ejus, sunt deo suavissimi cibi, eique splendendam Cenam exhibemus. Dum ergo ei nostram cenam damus; & ipse simul dat nobis cenam suam, multam scilicet consolationem & suavitatem; ut jam explicio, quae cena multum excedit nostram.

479. Et ipse mecum. Ecce Domini Cena, quam ipse nobis rependit, quae est in ipsis virtutum operationibus; Gaudium, consolatio, suavitatis, ac delectatio spiritualis, quae largitur in oratione, in contemplatione, in sacra lectione, in Synaxeos sumptione, & Sacramentorum administratione, ac participatione, quae tanta erat in B. Theresia, ut sibi modum imponi a Deo postulat. Ipsaque etiam alacritas, energia, ac effluvia gratiae in laboribus, ac tribulationibus, ut enituit in S. Laurentio Vincentio, ac alii. Denique ipsa beatitudo, & felicitas, quam nobis post hanc vitam largitur in suo regno Deus: quod aliud est explicandum.

Jam secundum, Rupertus, Cenabo tecum, ait, id est h. l. h. h. h. conscientia tua, postea Sylvester in Apocalypsim, Tom. I.

Albert. Largissimè Dominus nostra obsequia remunerat. verò, & in cenabis mecum, id est post mortem in Caelo aeternis bonis, & deliciis mei persfrueris, Albertus Magni Cenat Dominus cum homine in vita ista, sed homo cum Deo in vita alia Pro nostra parva cena, quam Domino in hoc saculo bonis nostris operibus exhibemus, ipse largissimam cenam nobis praebet, non solum in hoc saculo, & ut modò supra explicavit, sed etiam in alio aeterna beatitudine, largissimè Dominus nostra obsequia remunerat, ac recompensat.

480. Tertio, Ansbertus Abbas. Si querimus, ait, quis sit cibus, quo Christus cum dilectoribus suis vescitur, in verbis ipsius facile reperimus. Ipse enim ait, Joan. 4. Meus cibus est, ut faciam voluntatem Patris mei, qui est in Caelis. In eo autem voluntatem Patris idem Dominus implevit, qui pro nobis ad passionem mortis pervenit, hoc principaliter, tota capitis, membrorum ejus agitur cena, & ut manifestius ad ipsum dicamus, cenat caput cum membris in domo sanctificatae mentis receptum: quia ut faciendo voluntatem Patris, percipiam, moriamur: Introibo & cenabo cum illo, & ipse mecum; subaudi, in faciendo voluntatem Patris, & ego illius, & ipse meis passionibus incorporatur, ut roque delectabimur. Cenam audio, ferula non video. cum ergo tantus dominus sit recipiendus, quis erit cibus Christi Domini in hac mensa? sicut enim cibus Patris aeterni fuit filii sui obedientia, sic Christi D. refectio est, ut lux o temperemus voluntati & ipsi simus concrucifixi.

481. Quarto, Aretas. Cenabo cum illo, quia, ait, Eleas, ac cenam ducit salutem hominum, quod laute ipsi pasantur, fam. inque audi nra verbam Dei, ac tenebras cruoris effugiam. Ait dominus, quod si quis ipsi pulsanti aperuerit ostium, intrabo ad illum, & cenabo cum eo, magnum erat beneficium, quod dominus ad domum ejus veniret, se tanto honore fateretur indignum Centurio; cum ait: Domine non sum dignus, ut intres sub vestibulum meum Matth. 8. n. 8. & Petrus clamat. Exi a me; quia homo peccator sum Domine Luc. 5. n. 8. Quomodo ergo Christus non solum promittit se intraturum ad quemlibet vocem suam audientem, & aperiens ostium, sed insuper cum eo tranquam cum gratissimo, ac valde familiari hospite coenaturum; Sic delectatur Deus in conversione, ac salute hominum, ut eam pro deliciis habeat; inde cum Deus ingreditur in animam per suam gratiam sanctificantem, dicitur pasci, ac cenare cum illo ob eximiam suavitatem; ac jucunditatem, quam habet in hominis sanctificatione, ac justificatione.

482. Quinto, Andreas Caesariensis cap. 9. Mea, inquit, praesentia nulli vim afferi, cordis ostium pulso; prompte aperiens super salute sua gratulor, illamque opiparae cena loco ducor. Sto ad ostium ait, pulso, non impello ostium, non cogoo non vim infero omnem coactionem procul mitto, sed si quis liberè, & promptè obsequatur, audiat meam vocem, & aperiat ostium in ipso spontaneo, ac libero obsequio, & mihi & illi praedara est cena, gratissimumque convivium. dilectam suam vocat sponsus: Surge amica mea, speciosa mea, & veni, columba mea in fora mimibus petra. Cantic. 2. n. 13. Proponebat pretiosissima illa petra Christus excavata, & coelesti